

(X)T

ILLUSTRISSIMO DOMI-  
no, ac semper Domino meo  
D. Francisco Alexandro de  
Bocanegra & Xivaja dignis-  
simo Antistiti Accitano, &  
Bastensi, Regio que  
Consiliario, &c.

ILL<sup>ME</sup>. ET CELSISSIME  
DOMINE.

D. FRANCISCE  
Alexander.



RINCEPS ENCOMIJS UN DE  
quaque, & fama super æthera  
digne! Ad aras Tuæ celsitudinis  
anhelant hæc Theodidascalæ  
Theoremeta moralis ibi gratio-  
sissimum inventura Patronum, vbi ipsæ chari-

A

2

res hospitantur. Et quò alio fæliciori cursu properarent, nisi ad Te, tamquam vivum omnium virtutum Pantheon? Nam ipsam virtutem OMNIA FLUMINA INTRANT IN MARE, (Illi me. Princeps) ET MARE NON REDUNDAT: At ad Locum vnde exirent flumina revertuntur, ut iterum fluant. Eprudentię limine rectę tuę prodijt edictum anno Domini præterito Cl. ICCC. LIX. cum initio tui Pontificatus hanc decorasti urbem, in quo equidem inter alia tuę Pastoralis solitudinis monumenta præcepisti, ut omnes Ecclesiastici ad cœtum, conāque casuum consciencię concurrenerent, eo que præscripsisti methodum, & designasti taliū Præfules comitionem, & loca in quę omnes se recipere oppoteret clericos: Postmodùm vero in ejusdem Pastoralis curę confirmationem hoc ipsum, quod cœpit cursu procedere amodò statuisti per Decretum hac in vrbe editum, & expeditum die tertia Novembris anni proxime transacti Cl. ICCC. LXVI. In quo corypheū prædictis cœtui, & comitijs præfecisti, & antesignanum D. D. Petrum Carrillo, & Guzmanrez Canonicum Magistralēm tuę Sanctę Ecclesiæ Bastensis, qui me à secreto ministrum in concertationibus celebrandis nuncupavit. Et cupiens in veritatis testimonium Tibi, & practi-

cam retegere , & authenticam resoluere fidem  
 obsequij nostri morigeri , nullum opportunius  
 mihi subiit meditulum meherclè quād quōd in-  
 chaos intrent , pelagus que Tuę innotescen-  
 tis pietatis conclusiones , & casus juditio subjacen-  
 tes , qui à dulcore Tuę justitię tamquam Rivu-  
 li prodiere : hujus tamen opellæ necessitas Te  
 invocavit Patronum , cuncti namque Mœcena-  
 tem in Principibus querunt , ex cuius Illustri  
 gloria splendor aliquis in operibus suis quasi ex  
 novo Sole colluceat , & in eorum quasi propy-  
 læis Titulos manifestant , sed meus hic qualif-  
 cumque studiorum fœtus sub omnium Ora , si  
 Tuas tetigerit Aras , absque dubio tutò incedet:  
 Nec ideo maiorum tuorum referre fumosas  
 Imagines opus erit ; cum notum sit , quod  
 in Tua Progenie , vel ut ipsi infantes nativo  
 jure grandes nascantur , quorum stirpem in se-  
 riem legerere historię longissimę foret , non  
 Epistolę : Clament pro omnibus hujus civitatis  
 monumenta , quæ nobilitatem , & antiquita-  
 tem præferunt præclarissimę Domus de BOCA-  
 NEGRA , ET TAMAYO : Sed omnium pro-  
 priatorum tuorum encomia tuis meritis spe-  
 cisti , si certum est illud à Juvenale decantatum.  
 Patyra 8.

TOTA LICET VETERES EXORNENT,  
UNDIQUE CERÆ  
ATRIA, NOBILITAS SOLA EST, ATQUE  
UNICA VIRTUS.

**P**ietatis insignia , Dei glorię , Religionis , que Zelus co in temetipso ardore vigere videntur , ut cui non nulla Ætas unquam simile suppeditarit exemplum ; adeò Zelus Dominus Dei comedit tè , ut Divinum crederem nisi Clementissima Humanitas Tua ad huc hominem proderet. Merito pro in Zelum tuum beabit ipsum Cœlum , dum Te tantis divinorum Charismatum munericibus locupletavit ; quę si in singulos Numinis Alma Manus sparsisset , de uno quoque optimè meruisse , videri posuisset . Quid effusè effutem , si tuam aspectem Justitiam ! Haec Principem principum virtutem clementissimo pectori Tuo indelibili charactere inscripsisti meliori artificio , quam Pirrus nobem musarum , cum Apolline Chorum suæ gemnæ . Quid si clementiam tuam ! libenterius mitueris delinquentium pœnitentiam , quam pœnam , amas ignoscere potius erratis , quam eadem agnoscere ; optimè enim Tibi perspectum est illud sapientis : Nimiam severitatem affitatem magis accedere ; & boni Pastoris esse ove

potius lactare ; quādū mactare. Quid igitur si Tu  
 am respiciam Humunitatem ! Hæc clarissimè  
 prosapiæ Tuę bonorum , ac honorum fœcun-  
 dæ familiare bonum : Hęc in Te , Celsissime  
 Princeps , principaliter eminet ; Nam mirabilis  
 quodam, ac gratiosissimo Charientis mo omnium  
 animas , velut quodam magnetissimo ad Te tra-  
 his. Quid amabò enarrabo, si amorem erga sub-  
 ditos cernam ! Haec tenus imitando posteritatē  
 exemplo ( quod Te consecrabit æternitati )  
 Scuto bona voluntatis tuę coronasti eos : direxisti eos,  
 non tantum verbo , sed etiam , & multo magis exem-  
 ple : Non tantum eos direxisti ut bonus Pastor oves  
 suas , sed etiam dilexisti , ut amantissimus Pater li-  
 beros , dilexisti eos non tantum affectu , sed etiam effe-  
 ctu & opere , nam in opes tuas inopes admittis , Ecclesiastis  
 tuas Accitanam , & Bastensem invoco testes eximijs  
 Religionis , Charitatis , & Verbi Dei prædicationis elo-  
 quijs facundis , & terris , publicis que documentis tuis  
 ad superna inflammatas . Si vigilantiam Tuam conside-  
 rem ! Indesinenter excubas pro tuorum salute , Testis  
 est illa Epistola Pastoralis , quam in lucem prodidisti ,  
 admiranda eruditione , & ascetica doctrina pollens , qua-  
 gregem tuum utriusque status , & Sexus informasti ,  
 vigilas , ne dormitent virtutes , toti Baeticæ notum est ,  
 quantum cura boni communis Tibi curæ , ac cordi sit ,  
 habes pro imperio amorem , pro lege gratiam , pro  
 norma exemplum . Quid si munificentiam ! Hæc  
 vir-

virtus tecum nata amissitatem indoli Tuæ nota  
 est , & vix in Te differt à natura , adèo enim  
 munificentia es assuetus genio , ut cum Tito di-  
 em Te perdidisse putas , in quo non benefeceris.  
 Attonito videmus oculo Clementissimæ libera-  
 litatis , plusquam Theagenis argumenta : Nam  
 pluribus à Te ostijs exeunt congiaria , quan-  
 Egypti flumen , Hinc semper Honos , Nomen-  
 que Tuum , laudes que manebunt. Ignoscè ca-  
 lamo meo non satis eloquenti , ut tuarum reli-  
 quarum virtutum eminentiam promeritis expli-  
 cit , aut panegyrīcis floribus exornet , hæc pro-  
 fectò culpa mea est , sed non tota , pars aliqua  
 Tua est , quidum omnem eloquentiæ panopliam  
 virtutum magnitudine tuarum excedis , omnem  
 opprimis , Transcendunt scilicet merita tua Tu-  
 llianam , & Tertullianam facundiam , gratiarum  
 tuarum copia incipes , & impotes nos facit , ut pa-  
 rem tuis promeritis gratitudinem rēpendamus.  
 Si denique favorent litterarum ! Imitaris hic mag-  
 nos Principes : Pompeium , qui victor Rhodum  
 veniens , professorum ædibus fasces illos laurea-  
 ros submissit , Tiberium Imperatorem , qui in  
 eadem vrbe circa scholas , & auditoria professo-  
 rum ( Teste suetonio ) assiduus fuit , idem de Te ,  
 & tuo clementissimo favore certè palpabili , sine  
 palpo dicere possumus , nec mirum , tantum in  
 Te litterarum , ac litteratorum flagrasse amorem ,

mam si carmen amat, quisquis carmine dignage-  
rit, cur non litteras amet quisquis perennaturo  
charactere in scribi meretur in tabulas æternitas?  
Taceo reliquas Tuę Celsitudinis Sacras dotes,  
quas demississimo potius silentio adoro, quam  
impari calamo adorno: Hoc vnum addo: Si  
prisca vidisses tempora, nullus dubito, quin ve-  
neranda Antiquitas virtutum tuarum perstricta  
fulgoribus, non multum errante calamo, indi-  
getum, ac Semi Deorum suorum Collegio  
transcripsisset.

**H**æc sunt, Celsissime Princeps, quæ ingen-  
tem prompto alias iam animo stimulum  
addiderunt, ut in demississimum humillimæ ob-  
servantie obsequium, & perenne gratitudinis  
monumentum hęc Theodidascalię Theorematia  
moralis, velut iam iam diu peroptata gratię men-  
tis Symbola, ac votorum anathemata ad Tho-  
lum Celsitudinis tue suspendere præsumerem,  
quæ muto dum taxat silentio, quid debeat( non  
quantum Magnitudinem Tuam deceat) ad pe-  
des tuos provoluta gratitudo nostra, interpre-  
tantur.

## TER OPTIM. MAXIM,

**N**UMEN TIBI TOT ADAUGEAT AN-  
nos, quot anulos ad cannas collegit  
An-

Annibal, Te quē totius Ecclesiæ Dei splendidissimum Sydus, quam diutissimè conservet inocciduum. Hoc nostrum hoc , hoc subditorum unanimiter conspirantium votum est, salus Principis , & longę vitę tuę, Celsissime Domine , ac semper Domine mi D. FRANCISCE ALEXANDER DE BOCANEGRA , ET XI- VAJA , in cuius fortunatissimo decursu immortalibus factis fastos ad impleas Æternitatis : Accipe denique , respeto , hoc munusculum Tuarum inquam alarum protectum vmbraculis , & ingratitudinis , signum , & in benevolentia Symbolum , & meę Testimonium obedientiaę , meque in Tuam suscipe clientelam.

Vale Ecclesiæ Principum gloria , Antecessorum compendium , subsequentium idea , & has Theses Morales clementissimi patrocinij tui radijs Tuo Celsissimo Nomini, ac Nutrini consecratas illustrare non deditigeris , qui interin demississimè voveo , ut sine occasu supra mortaliū leges candidatus immortalitatis fœliciter elucteris.

Illme. Domine.

Ad pedes Vestre Illmæ. Dominationis additissimus servus.

D. Joannes Emmanuel de Valenzuela,  
G Ximenez.